



IOANNES à teneris annis operam literis dedit, atque artium & linguarum fundamentis feliciter iactis, hinc inde in Germaniæ academijs Theologiae operam dedit, id ꝑ tanto successu, ut inter preclarum nominiſ Theologos meritò recenseatur. Itaque in Marpurgensi Gymnasio professor sacrarum literarum constitutus, magna laude suam functionem peregit, atque principi Cattorum acceptissimus fuit. quin etiā in multis Imperij comitij (presertim Augustæ Vindelicorum Anno millesimo quingentesimo tricesimo) comparuit, atque cum aduersarij de controvērſis religionis articulis disputauit. Cum etiā H̄ebreæ lingue eſſet callentissimus, aliquot ueteris Testamenti libros tranſtulit, & succinctis commentarij explicauit: utpote Genesin, Psalterium Dauidicum, Danielem prophetam, et alia, atq; Marpurgi anno millesimo quingentesimo tricesimo septimo ædidiſ. Commentaria quoq; in Euangelia scripsit, et Catechismum religionis propoſuit. Hoc modo factum, ut Draconites inter Theologos magnum ſibi nomen compararit, atq; Scholæ Marpurgensi ornamento fuerit. Tandem uero ibidem obiit, & honorifice ſepultus fuit. Conradus Lycoſt.